



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulie[rum]: Qualis est
dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

Quo magis o tu dilecta tam prudens tamq; fi-
delis, per temetipsum absq; internuncijs dicere
poteras dilecto, & frequenter dixisti sine dubio
dilecte mi nullū tibi ē absconditū cor, nullius oc-
cult⁹ amor, tu scis q̄a amore lāgueo. Quorū
ergo tendit uel quid efficit hæc adiuratio? Eo ni
mirum, ut percussa percutiat, uulnerata uulne-
ret, mater filias, salubriumq; uulnorum suorum
aliquid & si non statim omnibus, at saltem iam
aliquibus earum experimentum efficiat, ut audi-
entes filiae uel sentientes in matre tātum uitæ fu-
turæ, quæ non uidetur, desyderiū, in mente per-
sentiant & ipsæ talem illum esse dilectum, ut iu-
re propter eū fastidiat quis uel quis hoc pñs sæ-
culū, iāq; inter moras præsentis uitæ magis ac
magis cupiant eum agnoscere, saltē per speculū
saltē in ænigmate. Vñ & protinus dicunt,

I. Cor. 13.

¶ Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pul-
cherrima mulier? **¶** Qualis est dilectus tu-
us ex dilecto, quia sic adiurasti nos.

¶ Optuna ualde pcūctatio, si respiciamus ad illa
tpa, de qb. nūc agimus, qñ tu o dilecta propter
euāgel. dilecti pñs aderas, & i corpe detinebaris
magistra necessaria, testis ualde idonea. **¶** Nam
sic n. audiri incipiebat nō solū Iudæi apta frōte
blasphemātes, uegetiā multi ac diuersi hæretici
sub noīe chriāno Christianā ueritatē corrūpere
laborātes, & exinde pullulare habebāt, eodē qđē
malignitatis spū, s̄z diuersis sibiq; cōtrarijs erro-
ribus, q̄ plurima uiperar̄genimina, uelut anti-
quæ hydræ capita, quæ (ut fertur) sectis priori-
bus plura renascebantur,

RVP. IN CANT. CAN. CAP. V.

Pulsandum igitur erat ad ostium ueritatis, & consulendum oraculum spiritus sancti, scilicet, sacrarium pectoris tui, ut uiua uoce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio scripturarum, quas memoriiter tenebas prophetissa magna, & eapax omnis prophetarum siue prophetiarum. Qualis est, a iunt, dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum, idem filius tuus deus ex patre deo, qualis est o uirgo uirginum o sancta sanctarum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Neque enim nos, quae iam sumus filiae Hierusalem, dubium habemus, quin ipse sit dilectus ex dilecto, id est, deus ex deo: sed non nobis solis, quae nunc sumus in hoc tempore tuo, uerum etiam & omnibus alijs prouidendum est filiabus Hierusalem, quae futuræ sunt post nos, ut ex te certo instructæ uel confirmatae spiritus sancti testimonio, sciant contemnere hæreticos & solius dilecti sancto flagrare desyderio.

Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. Caput eius aurum optimum, comæ eius sicut elatæ palmarum, nigrae quasi coruus: Oculus eius sicut columbae super riuulos aquarum, quae lacte lotæ sunt, & resident iuxta fluenta plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatum, consistæ a pigmentarijs. Labia eius lilia diffillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacithis. Ven-